AÑO 71 MIÉRCOLES 2 DE ENERO DE 1924 NÚM. 1

# BOLETIN OFICIAL

DEL

## OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del Boletín Eclesiástico, calle de la Rua, 59.

✠

# NOS EL OBISPO, DEAN Y CABILDO

### DE LA SANTA BASILICA CATEDRAL DE SALAMANCA.

**HACEMOS SABER:** Que por promoción de su último poseedor, D. Marcelino Villalba, a un Beneficio con cargo de organista de la S. I. Metropolitana de Valladolid, se halla vacante en nuestra Santa Basílica Catedral un Beneficio de los que llevan anejo cargo u oficio, según el Decreto concordado de 16 de Mayo de 1852, cuya provisión corresponde a la Real Corona, previa oposición, con arreglo al Concordato.

Así, pues, por el presente convocamos a todos los que, estando ordenados de Presbíteros o en aptitud de serlo *intra annum a die adeptae possessionis,* quieran mostrarse opositores, citándolos para que en el término de cuarenta días (que desde luego Nos reservamos prorrogar si lo estimáremos conveniente), presenten sus solicitudes ante nuestro infrascripto Secretario Capitular, acompañando fe de bautismo legalizada, letras testimoniales de sus respectivos Prelados, o, si no fueren eclesiásticos, certificado de buena conducta, expedido por el propio Párroco.

Los ejercicios de oposición se harán a presencia de una

Universidad Pontificia de Salamanca

diputación nuestra, y consistirán en un examen teórico de Canto Gregoriano, en harmonizar el Bajo o Tiple que se designe, en una breve composición original con las condiciones que fije el tribunal técnico y en corregir una partitura indicando todas las faltas que se hallen, así en las voces como en la instrumentación.

Concluídos y censurados los ejercicios, remitiremos al Excelentísimo Sr. Ministro de Gracia y Justicia nota de los opositores aprobados, proponiendo con preferencia al que se juzgare más idóneo y útil al servicio de esta Santa Iglesia, y que, en igualdad de circunstancias, tuviese voz de tenor o de contralto.

El agraciado, además de las obligaciones comunes a todos los Beneficiados y que sean compatibles con su cargo, tendrá las siguientes: 1.ª Dirigir la Capilla de Música en todas las funciones que celebre el Cabildo dentro y fuera de la Catedral. 2.ª Enseñar, cuando se le encargue, a los niños de coro el solfeo y canto, especialmente en las obras que ejecute la Capilla, y custodiar el archivo de música con el orden y método que facilite conocerlo y conservarlo en buen estado. 3.ª Componer cada año una obra (a su elección) adecuada al culto de la Iglesia y que ha de quedar en el archivo como propiedad de la Santa Basílica.

Se concederán al elegido, sobre la asignación que le corresponde como Beneficiado, *quinientas pesetas anuales*, con la obligación de aplicar setenta y cinco misas de hora libre, y además se le proporcionarán locales donde pueda, si le conviniere, establecer casa.

En testimonio de lo cual, mandamos expedir y expedimos el presente, firmado por Nós, sellado con el de nuestras armas y refrendado por el Secretario Capitular.

Dado en Salamanca a dos de Enero de mil novecientos veinticuatro.

**✝ JULIAN, Obispo de Salamanca**

**Lic. Valentín Domínguez de Tomé.**
Arcipreste,—Presidente accidental.

*Por acuerdo del Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo, Deán y Cabildo,*

**Dr. Manuel García Boíza,**
Canónigo-Secretario.

**EDICTO para proveer un Beneficio con el cargo de Maestro de Capilla, por término de cuarenta días, que cumplen el día once de Febrero.**

Universidad Pontificia de Salamanca

# *Sacra Congregatio Concilii*

## DIOECESIS N.

### RENUNTIATIONIS PAROECIAE

*Die 11 Novembris 1922*

Species facti.—Quum adversus quemdam parochum dioecesis N. nonnulla emersissent quae causam remotionis negotio dare videbantur, Ordinarius eum invitavit ad renuntiationem faciendam, propositis nomine «conditionum» quibusdam capitibus, ex quibus praecipuum illud erat ut, postquam renuntiatio plenam exsecutionem nacta fuisset, *reservaretur* parocho renuntianti *pensio ad eius vitam,* non excedens tertiam redituum beneficii partem. Post brevem inter utrumque disceptationem, eadem die actus renuntiationis, in quo praefata inter alias «conditio» legebatur, a parocho subscriptus est. Verum, paucis interiectis diebus, ad Apostolicam Sedem parochus recursum interposuit, postulans nullam declarari praedictam renunciationem, utpote can. 1486 et 1429 aperte reprobatam; nempe ex can. 1486: «Dimissionem beneficiorum... sub «aliqua conditione, *quae beneficii "redituum erogationem attingat,* Ordinarius admittere nequit»; atque ex can. 1429: «Beneficiis *quibuslibet* nequeunt Ordinarii locorum *pensiones perpetuas aut temporarias imponere quae ad vitam pensionarii durent„*. Quibus positis, instanter postulavit in plenario Emorum Patrum coetu proponi dubium: *An constet de nullitate renuntiationis in casu.*

Animadversiones.—Prouti ex praemissis perspicuum est, ex duabus causis deducitur in casu nullitas renuntiationis: altera: quia pensio constituta est *ad vitam pensionarii,* dum Episcopo non liceret nisi «imponere pensiones temporarias, quae durent ad vitam *beneficiarii,* salva huic congrua portione», ex claro praescripto can. 1429 § 1; altera, quia renuntiatio nonnisi sub *conditione* reservationis pensionis in casu facta est, quae cum sit profecto «conditio redituum erogationem attingens», nequit ab Ordinario admitti, prohibente explicito textu can. 1486; quapropter, cum can. 2150 § 3, statuens: «renuntiatio fieri potest... etiam «sub conditione», subdat «*dummodo* haec ab Ordinario legitime *acceptari possit„,* perspicuum videtur renuntiationem in casu,

Universidad Pontificia de Salamanca

admissam sub conditione quae ab Ordinario acceptari *non* poterat, esse omnino invalidam (arg. ex can. 39).

Verum contra primum stat quod in eodem cam. 1429 sub § 2 legitur: «Beneficiis autem paroecialibus non possunt nisi in conmodum parochi abeuntis imponere pensiones, quae tamen non excedant tertiam partem reditus paroeciae, quibusvis deductis expensis et incertis reditibus». In hoc enim canone facultas imponendi pensiones in commodum parochi abeuntis non alia limitatione coarctatur, quam ea ut quantitas pensionis tertiam partem redituum non excedat. Nec iuvat opponere hanc limitationem superaddi ei quae praecedenti paragrapho praescripta erat; quia, e contrario, ut ex contextu plane liquet, § 2 *exceptionem* manifestam continet a norma statuta § 1, et ideo casus § 2 expressus censeri debet *subductus* a norma praecedenti. Id non solum insinuatur initialibus verbis: «§ 1. Beneficiis quibuslibet... § 2. Beneficiis autem paroecialibus», unde evidens fit in § 1 agi solummodo de beneficiis non paroecialibus; sed etiam necessario exigitur ex fine seu ratione § 2, prout explicitius declaratur can. 2154 § 1: «Amoto parocho... Ordinarius... pro viribus consulat, «sive translatione ad aliam paroeciam, sive assignatione alius officii et beneficii, sive *pensione*„: agitur nempe de consulendo congruae clerici vitae substentatione, i. e. de provisione quae *ad vitam provisi*, in casu pensionarii, perduret.

Gravior, saltem specietenus, videtur altera quae adducitur causa invaliditatis: sed et ea in leves auras abit, si consideretur in casu non agi de vera et propria *conditione* reservationis. Enimvero *in facto* est pensionem in casu primum proposuisse Episcopum, parochum vero eam *acceptasse* solummodo, sicut obtorto collo acceptare debuit renuntiationem; hinc, accurate loquendo; dixeris non tam cedentem sibi pensionem *reservasse*, quam Episcopum eamdem ei constituisse. Immo, *in iure*, nec potuisse parochum veram conditionem ponere pensionem dicendum est, quandoquidem, lege iubente, negotium provisionis et negotium remotionis adeo distincta et separata esse debent, ut nequeant uno consensu comprehendi, nec ideo unum ab altero pendere potest: cfr. *Maxima cura,* 28 § 3: «In quolibet casu quaestio de *futura* provisione sacerdotis, non debet commisceri cum quaestione de *praesenti* amotione a paroecia». Ideoque, etsi voluisset parochus veran conditionem praesenti renuntiationi futuram pensionem ponere, ne valuisset qui-

Universidad Pontificia de Salamanca

dem, obstante lege. Demum attendi etiam debet ratio ex qua can. 1386 procedere videtur, cum reservationem penpensionis inhibet: nempe periculum simoniae iuris *ecclesiastici* quae in ea reservatione, sicut in ceteris eodem canone recensitis committi potest (cfr. Bened. XIV, cons. *Quanta*, 14 sept. 1722). Atqui in casu renuntiationis paroeciae, ob bonum procurandum animarum, huiucemodi species simoniae iampridem sublata fuisse constat, cum decreto *Maxima cura*, can. 28 § 2, iam explicite permitteretur; «Potest Ordinarius in ipsa invitatione ad renuntiandum, vel pendente amotionis negotio... provisionem proponere et indicare, si expediens iudicaverit».

Hisce omnibus perpensis, sane liquet nullam quidem causam subesse invaliditatís renuntiationis ut in casu perhibetur emissae: consultius tamem Ordinarii ab his et similibus pactionum cum suis subditis speciebus in amotionis negotio pro viribus abstinebunt, quippe quae et nulla iam iam necessitate urgeri et officii dignitatem laedere quodammodo videantur.

Quare, etc.

Resolutio.—Die 11 Novembris 1922, Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum ac Rmorum Patrum comitiis in Palatio Vaticano habitis, respondendum proposito dubio censuit. *Negative*.

Facta postmodum de praemissis SSmo Dño Nostro Pio PP. XI relatione per infranscriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctissimus datam resolutionem approbare et confirmare dignatus esta est.

I. Mori, *Secretarius*.

# S. Poenitentiaria Apostólica

## CONCESSIO INDULGENTIAE

*Die 15 Junii 1923*

Ssmus. Dominus Noster D. Pius div. Prov. Pp. XI, in audientia, infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori impertita, benigne concessit, ad augendam fidelium pietatem erga Ssmum. Sacramentum, Indulgentiam partialem trecentorum dierum, lucrandam ab iis, qui, templum ingressi, ante omnes alios pietatis actus, ad altare, ubi Ssma. Eucha-

Universidad Pontificia de Salamanca

ristia asservatur, se contulerint, ibique, saltem corde contrito, Ssmum. Sacramentum vel breviter adoraverint. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

O. Card. Giorgi, Poenitentiarius Maior.

L. ✠ S.

S. Fagiolo, S. P. Secretarius.

# CANONES DEL CODIGO DE DERECHO CANONICO

## Sobre la limosna de Misas sobrantes y rendición de cuentas

Can. 841. § 1. Omnes et singuli administratores causarum piarum aut quoquo modo ad Missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici, sive laici, sub exitum cuiuslibet anni, Missarum onera quibus nondum fuerit satisfactum, suis Ordinariis tradant secundum modum ab his definiendum.

§ 2. Hoc autem tempus ita est accipiendum ut in Missis ad instar manualium obligatio eas deponendi decurrat a fine illius anni intra quem onera impleri debuissent; in manualibus vero, post annum a die suscepti oneris, salva diversa offerentium voluntate.

Can. 843.—§ 1. Rectores ecclesiarum aliorumque piorum locorum sive saecularium sive religiosorum in quibus eleemosynae Missarum recipi solent, peculiarem habeant librum in quo accurate notent Missarum receptarum numerum, intentionem, eleemosynam, celebrationem.

§ 2. Ordinarii tenentur obligatione singulis saltem annis huiusmodi libros sive per ipsossive per alios recognoscendi.

Can. 1525.—§ 1. Reprobata contraria consuetudine, administratores tam ecclesiastici quam laici cuiusvis ecclesiae etiam cathedralis aut loci pii canonice erecti aut confraternitatis singulis annis officio tenentur reddendi rationem administrationis Ordinario loci.

§ 2. Si ex peculiari iure aliis ad id designatis ratio reddenda sit, tunc etiam Ordinarius loci vel eius delegatus cum his admittatur, ea lege ut aliter factae liberationes ipsis administratoribus minime suffragentur.

Universidad Pontificia de Salamanca

# FORMULA

**Benedicendi quinque scapularia Sanctissimae Trinitatis, Passionis D. N. J. C., Beatae Mariae Virginis sub respectivo titulo Immaculatae Conceptionis, Septem Dolorum et Montis Carmeli.**

---

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Domine Jesu Christe, omnium caput fidelium, et humani generis Salvator, qui tegumen nostrae mortalitatis induere dignatus es: obsecramus immensam largitatis tuae abundantiam, ut indumenta haec in obsequium SS. Trinitatis instituta, nec non in honorem et memoriam dolorosissimae Passionis tuae, in honorem Beatissimae V. Matris tuae sub titulo Immaculatae Conceptionis, Septem Dolorum et Montis Carmeli, ita bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris; ut qui (vel quae) ea assumpserint, eadem Genitrice tua intercedente, te quoque salutare nostrum, corpore et anima induere mereantur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

*Sacerdos aspergat aqua benedicta.*

## MODUS INDUENDI

*Sacerdos omnibus scapularia singillatim imponat, ac deinde formulam proferat supra omnes simul.*

1. Accipite habitum Ordinis SS. Trinitatis in fidei, spei, et caritatis augmentum, ut induatis novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate.

2. Accipite scapulare Passionis Domini Nostri Jesu Christi, ut veterem hominem exuti novumque induti, ipsum digne perferatis, et ad vitam perveniatis sempiternam.

3. Accipite scapulare devotorum B. M. V. sine labe conceptae, ut ejus intercessione ab omni inquinamento mundati, ad vitam perveniatis aeternam.

4. Accipite habitum Servorum B. M. V. septem Dolores ejus devote recolentium, ut dolores ipsos assidue recogitantes, Passionem D. N. J. C. in corde et corpore vestro impressam jugiter teneatis.

5. Accipite habitum Societatis et Confraternitatis Bea-

Universidad Pontificia de Salamanca

tae Mariae Virginis de Monte Carmelo, praecantes eamdem Sanctissimam Virginem, ut ejus meritis illum perferatis sine macula et vos ab omni adversitate defendat atque ad vitam perducat aeternam.

Ego ex facultate apostolica mihi delegata, recipio vos in participationem bonorum spiritualium horum Ordinum seu Congregationum et indulgentiarum quae per Sanctae Sedis privilegia praedictis Scapularibus concessae sunt. In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus, sperantes in te.
℣. Mitte eis auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Esto eis, Domine, turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et quibus in tuo nomine sacros habitus imposuimus, ita bene ✠ dicere digneris, ut tuae gratiae cooperantes, vitam consequi mereantur aeternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, ✠ et Filii, et Spiritus Sancti descendat super vos et maneat semper. Amen.

*Formula recitetur numero singulari, si uni tantum personae sint scapularia imponenda.*

(Privilegio VI concedido a los socios de U. M. del C).

# DE GENUFLEXIONE

## I

Genuflectendum duplici genu:

A) Missis festivis, seu non poenitentialibus vel luctuosis.

1.° In principio Missae, ad psal. *Judica* et confessionem, usque dum celebrans ascendit ab altare, ab iis qui non sunt Praelati. (Rub. Gen., XVII, 5) vel qui non sunt canonici

Universidad Pontificia de Salamanca

Eclesiae Cathedralis (D. 34, 59); quia Praelati et canonici tantum inclinantur profunde, dum confessionem faciunt.

2.° Ab initio Canonis, seu dicto a Celebrante Trisagion *Sanctus,* usque ad depositionem Calicis post elevationem. (Vau der Stappnn, t. V, q. 148, 2, ed 3.ª; Solans.—Casanueva, *Manual lit.,* t. I, n. 406; Gavanto, *Thesaur.,* in tit. XVII Rubricar. gen., 5, z; *Caerem. Ep.,* lib. I, de VIII; Rit. cel. Miss. X, 8, quod horam surgendi).

3.° Ad benedictionem in fine Missae, ab omnibus qui non sint Praelati vel Canonici Ecclesiae Cathedralis (DD. 310, 832, 2049 $_7$, 3459, 550 $_2$, 746, 2049 $_8$).

B) In Missis vero poenitentialibus (vide notam) (1) et luctuosis seu de Requie *duplex flectitur genu:*

1.° Iis in casibus, quibus in Missis festivis, et insuper.

2.° Ad orationes ante Epistolam, ad Postcommunionem et, in Quadragessima, ad orationem «super populum».

3.° Ab initio Canonis usque dum Celebrans cantavit *Pax Domini... Rubr. gen.*

### De quibusdam casibus specialibus, quibus in Missa solemni seu cantata genu flectitur duplex

1.° Dum cantatur in Symbolo *Et incarnatus est.* omnes stantes utrumque flectunt genu, sedentes vero caput profunde inclinant. (DD. 1421 $_3$, 1476 $_{1, 2}$, 1570, 1594 $_2$, 2960 $_2$ et 3860; compendium decretorum 3860 et 3999 $_3$, in Indice Decretor. S. R. C. et *praxis basilicarum Urbis,* quae omnia interpretantur praescriptionem Caerem. Epp., Lib. II, c. 8, n. 53), sed in tribus Missis Nativitatis Domini, et in Festo Annuntiationis B. M. V. (nec non in die traslationis ejusdem) omnes genu duplex flectunt, dum cantatur hoc ℣ (D. 2960 $_2$).

2.° Etiam ambo genua flectuntur: a) ad cantum ℣ *Adjuva nos,* in Tractu Missarum Quadragessimae, Missale in propriis locis dicit simpliciter dum agit de genuflexione ac hoc: ℣ *Hic genuflectitur,* sed cum cantus Versiculi longius fit, seu cum mora, genuflexio duplex hic datur, juxta regulam Gavanti inferius tradita seu in § II, A), 2.°

---

(1) Missarum Poenitentialium nomine hic veniunt Missae Feriarum Adventus, Quadragessimae, Quatuor Temporum et Vigiliarum quae ex jure jejunantur (vel antea jejunabantur); exceptis Feriis Temporum Pentecostes et Virgiliis Nativitatis Domini, Paschatis et Pentecostes, quarum Missae celebritati peraguntur festiva.

Universidad Pontificia de Salamanca

b) Ad adorationem Crucis in feria 6.ª ad Parasceve omnes quidem genua flectunt: 1.° Tribus vicibus dum cantatur *Venite adoremus*, et tertia vice, genuflexio protrahitur usque dum celebrans crucem super cusinum deposuerit; 2.° Quando post adorationem, diaconus crucem a cusino ad altare defert, usque dum in altari eam deposuerit; 3.° Accedentes ad crucifixum ipsum adorandi gratia, qui omnes ter genua flectunt cum pausa (sic Missalia in proprio loco),

C) Ad cantum passionis Domini, postquan cantata sunt verba: *Emisit spiritum*, vel *spiravit*, vel *tradidit spiritum*; Sic Missale et omnes auctores.

D) In Festo et per Octavam Pentecostes et in Missis votivis de Spiritu Sancto, quando post epistolam cantatur *Veni, Sancte Spiritus, reple...*

II

Genuflectendum est unico genu:

A) His qui in Choro sunt et in ipso permanent sequentibus in casibus:

1.° Omnes ad medium Chori accedentes et recedentes unicum genu flectere tenentur (in medio), canonicis exceptis, qui inclinantur profunde, cum non sit in altari majori SS. Sacramentum reconditum (D. 40, 48 $_4$).

Si vero SS. Sacramentum sit in altari reconditum, omnes, canonicis et Praelatis non exclusis, genuflectere debent.

2.° In quibusdam Missis, quando cantantur quaedam verba, sive in Epistola, sive in Evangelio ad quae praescribitur genuflexio; ex. gr. in Evangelio festi Epiphaniae. Sic Van der Stapen, *Sacra Liturgia*, tom. V, q. 148, II, ed. 3.ª) cum pluribus auctoribus. Regula quam de hisce tradit Gavantus *Thesaurus* P. I, ad Tit. XVII Rubricar. gen. 5, post litteram z) ea est, rationi quidem consona: ad verba quibus genuflectendum est, duplex genu flectetur quum longiora sint. ratione phrasis etcantus, si vero breviora, unicum genu; si enim mora exigitur in genuflexione, non decet ut haec unico genu fiat. Ubi mos est. ambo genua flectendi ad verborum omnium cantum, quae genuflexione exigunt, sequendus erit ut pote laudandus.

3.° In Symbolo quando chorales recitant ℣ *Est incarnatus* usque ad *homo factus est*, et quidem una cum Celebrante (D. 3029 $_2$). Si chorales cantant Symbolum non videntur genuflectere debere dum ad recitationem versiculi *Et incarnatus* Celebrans genuflectit; quia ipsi agunt independenter a Celebrante. Haec videtur danda esse interpretatio decreto

Universidad Pontificia de Salamanca

3999 $_2$ quod generaliter dicit: «Ad *Et incarnatus est*, etc. quando celebrans in Missa solemni genuflectit, etiam Clerus in Choro genuflectere debet».

4.° Dum Diaconus cantat *Flectamus genua*, usque dum Subdiaconus cantat *Levate*.

5.° Ad verba *Et verbum caro factum est*, ultimi Evangeli, dum Celebrans genuflectit (D. 3999 $_2$).

B. Ab iis qui in Chorum accedunt vel ab eo discedunt etiam genuflexio fiat unico genu in Choro, a quibus vero a Choro ad Altare pergitur vel viceversa, genuflexio fiat ante Altare, exceptis canonicis eclesiae Cathedralis, qui ante Altare, profundam tantum reverentiam perficiunt, nisi Sacramentum reconditum sit in Altari, quo casu etiam canonici genuflexionem simplicem faciunt. Et hoc valet etiam cum Chorus ab altari seu presbyterio disjunctus sit, cum presbyterium et Chorus unum moraliter constituant, nisi forte cum qui vadat ab Altari ad Chorum et viceversa, Altaris conspectum amittat, tunc genuflexionem faciat tum in Choro tum in Altare.

Nota vero: cum quis Chorum ingreditur ante Missam vel Officium divinum, vel incepta jam Missa primo ingreditur, Altari facit reverentiam (genuflexionem vel inclinationem juxta suum gradum), «statim genuflectit versus Altare; parumper orans (ideoque genuflectit bis); mox surgit et facit reverentiam debitam Altari et Episcopo, deinde salutat canonicos et alios de Choro circunstantibus, etc.» Caerem Eps. Lib. 1, Caput 18, 4. Est idem dicendum de eo qui ante Missam completam recedit non reversurus vel de eo qui post missam vel officium completum recedit: genuflectit duplici, orans, salutat. debitum Altari facit reverentiam et vadit. D. Hert, ib., Ex Caerem. Lib. 1, C. 11, et Lib. 3, C. 4, 7.

## DE SESSIONE

In Choro sedent omnes vel sedere possunt: 1.° Postquam recitaverint *Kyrie Eloyson*, si hoc cantetur ab schola et cantus protrahitur. Si vero tunc celebrans sedet, chorales ne sedeant antequan hoc faciat ipse.

2.° Ad hymnum *Gloria in Excelsis* sedere possunt, cum sederat celebrans, chorales omnes, sive recitaverint hymnum, sive hymnum cantent in suis stallis, cantum memoriter tenentes. Ii vero qui cantant ad legile, stare debent. Rubricae quidem generales, 17, 7: «In Choro, aiunt, non

Universidad Pontificia de Salamanca

sedent qui actu cantant») sed hoc intelligendum est de canentibus ad legile, aut de intonantibus vel praeintonantibus, id est, exercentibus specialem fuctionem; bene enim admitti potest consuetudo, qua chorales *Gloria et Credo* canunt sedentes in suis stallis, sicut in Psalmodia canonici et coeteri sedentes cantant, juxta Caerem. Ep. Lib. I., 8, et alibi: Sedent chorales usque ad finem hymni, eo tamen casu quo celebrans sederit et versus hymni finem ad Altare revertens Chorum salutaverit, chorales omnes cum celebrante assurgunt. (Vide Van der Stapp., t. V, q. 148, IV. 2.)

3.° Post orationem collectam a cantu Epistolae inclusive usque ad cantum Evangelii exclusive. (Rub. Gen. 17, 7.)

4.° Ad Symbolum post ejus recitationem a choralibus vel celebrante usque ad finem cantus vel usque dum celebrans assurgit Chorum salutaturus, juxta dictum de Gloria in 2.° § praec.

5.° «Ab offertorio (post *Oremus* a celebrante cantatum) usque ad incensationem Chori (cum ad incensationem ad Chorum accedit Diaconus), et si non incensatur, usque ad Praefationem» (Rub. Gen. ibid.) Si, Chori incensatione peracta, usque ad praefationem remanet tempus, sedent eo ipso tempore usque dum celebrans cantat *Per omnia saecula saeculorum*.

6.° Sumptione sacri Sanguinis a celebrante peracta usque dum hic cantat *Dominus vobiscum*. Ita auctores. *Rub. Gen*, ib. dicunt. *Ad antiphonam quae dicitur Communio*»; cum vero *communio* incipi debeat immediate post sumptionem et post ipsum cantum, si tempus remanet ante *Dominus vobiscum*, actio quae fit, seu ablutio digitorum, nullam specialem exigat reverentiam, dilucide apparet per totum illud tempus chorales sedere posse.

* * *

Nunc specialis venit quaestio de canonicis cannan argenteam gestantibus. Etiam hi praecepto constringuntur rubricarum generalium missalis, XVII, 5, quod exigit chorales omnes, nulla admissa distintione, in missis poenitentialibus ut supra (I B), et defunctorum genuflectere duplex ad orationem ante Epistolam, ad postcommunionem et orationem super populum, nec non ab initio canonis usque dum celebrans cantaverit *Pax Domini*. Cum vero alicubi praxis vel mos invaluerit, quo canonici cannas argenteas gestantes non nisi genuflecterint ad elevationem, quaesitum a S. R.

Universidad Pontificia de Salamanca

Congregatione fuit, an ipsi genuflexi manere teneantur ad orationes praedictas in Missa solemni de Requie, et S. Congr. respondit, *ipsos, sicut coeteros, genuflectere debere* (D. 3722 ₆). Jam vero, quod S. Congregatio statuit quoad orationes Missae defunctorum, eo quia tantum de genuflexione ad ipsas interrogata est, aplicandum etiam est, ex paritate rationis, tum ad orationes Missarum poenitentialium Adventus, etc., tum ad partem quae ab initio canonis ad *Pax Domini* decurrit sive Missarum poenitentialium sive defunctorum; cum ad omnes hos casus, ratione caracteris poenitentiae et humilitatis quem eae praeseferunt Missae Rubrica omnibus genuflexionem exigat. Imo, cum agitur de parte Missae ab initio canonis ad *Pax Domini* decurrenti, illi applicanda est declaratio S. Congregationis a fortiori ratione, quia ea pars majorem inclamat ab assistentibus devotionem, reverentiam et humilitatem. Advertas, quaeso, declarationes S. R. C., si generales sunt, saltem aequivalentes, *et Rubricas respiciant, universam Ecclesiam expectantes, ubique obligare, non obstante quacumque consuetudine in contrarium.* Ita decretum 4165 ₂ quod confirmavit DD. 2951 ₁₃, 2792 ₂, 3880 ₁, antea edita et in Collectione authentica continuata. Haec vero decreta ex can. 2. Codicis J. C. firma manent, non obstante canone 30 ejusdem Codicis.

Quob sicubi speciales extiterint rationes *ut* dubitetur an ibi obliget aliquod decretum S. R. C. non obstante contraria consuetudine immemorabili, recurrendum est ad ipsam S. R. C., quae sibi reservat examen peculiarum consuetudinum in casibus particularibus. (DD. 2951 ₁₃, 2646 ₂, cum expositione ipsius in Vol. IV decretorum authenticorum, q. 272.

* * *

Quid de confabulationibus in Choro?—Dominus Jesus Christus invenit in templo Jerusalem vendentes oves et boves et columbas, certe ad sacrificia peragenda. Erant hi in atrio quodam templi seu, ut aiunt interpretes in impluvio (patio) gentilibus accesibili, ut ibi sacrificiis assistere possent, et tamen zelo domus Dei commotus Dominus, faciens quasi flagellum de funiculis, illos omnes de templo ejecit. Quod factum S. Beda Venerabilis commentans (Homil. 7. in Quadrag., tom. 7); «Quanta putas, ait, animadversione puniret (Christus) si invenisset ibi aliquos risui vel vaniloquiis vacantes?» Hi ergo, seu confabulatores in templo,

Universidad Pontificia de Salamanca

longe digniores, sunt, juxta S. Bedam, ut a Christo Domino flagellis e templo ejiciantur. Nonne, ut ait Augustinus (Tract. 10 in Joan post init.) templum jerosolimitanum figura erat templi christiani? Quid vero dicendum si confabulationes fiunt cum celebrantur divina Mysteria, quid si cum scandalo fidelium?

S. Carolus Borromeus, cujus spiritum sanctum, justum, mansuetum, caritate plenum probavit Ecclesia, sequentem curabat observari canonem in sua Diocesi: *Si quis in Ecclesia confabulatur cum divina fiunt, poenitens erit dies decem in pane et aqua.*

# LOS PROFUGOS

El *Diario Oficial del Ministerio de la Guerra* ha publicado con fecha 22 de Noviembre último, la siguiente orden circular:

«Vista la consulta formulada por el comandante general de Ceuta, relativa a la fecha en que se han de considerar destinados a Cuerpo los prófugos denunciados, se dispone que desde la declaración de utilidad por las Cajas de recluta los prófugos denunciados se consideren como ingresados en Caja, reclamando con urgencia sus filiaciones en las Comisiones mixtas de Reclutamiento para hacer las anotaciones debidas, sin perjuicio de que cuando sean clasificados por las citadas Corporaciones den éstas cuenta a las Cajas respectivas para constancia; pero empezándoles a contar su tiempo de servicio desde la fecha de su declaración de utilidad, en que se considerará como ingresado en Caja para todos los efectos del servicio militar, su pase a las distintas situaciones y destino inmediato a Cuerpo activo».

* * *

Nos permitimos llamar la atención sobre la anterior Circular por las consecuencias que se derivan en orden a apreciar la condición de los prófugos en relación con su aptitud para contraer matrimonio.

Los declarados prófugos no ingresan en Caja, mientras les afecte esta condición, de conformidad con los artículos 194 y 205 de la ley general de Reclutamiento de 27 de febrero 1922, diciendo este último artículo: Art. 205. «Perte-

Universidad Pontificia de Salamanca

necerán a la situación de Reclutas en Caja, todos los mozos sorteados que no hayan sido excluídos del servicio militar o *declarados prófugos...*» ¿Cuándo ingresan, pues, en Caja? Lo dice la anterior Circular, disponiendo que «desde *la declaración de utilidad por las Cajas de recluta los prófugos denunciados se consideran como ingresados en Caja...*

Por lo tanto, en justa aplicación del artículo 214 de la ley de 27 febrero 1912 modificado por la de 10 febrero 1920 y aclarado por el Real Decreto 30 octubre 1923, los declarados prófugos, antes de su declaración de utilidad por las Cajas de recluta, pueden contraer matrimonio, como no ingresados en Caja; no pueden contraer matrimonio, después de esa declaración, porque desde entonces los prófugos denunciados se consideran ingresados en Caja, a tenor de la reciente Circular. Téngase muy presente para su debida y acertada aplicación.

# SENTENCIA SOBRE ANIVERSARIOS

En la villa de Aldealengua de Santa María, a diecinueve de mayo de mil novecientos veintidos: El Tribunal municipal de la misma, formado por D. Guillermo de Agueda Bartolomé, como juez, de D. Valentín Berzal Barahona y D. Mariano Berzal Maté, como adjuntos, ha visto y examinado los precedentes autos de juicio verbal civil entre partes, de la una, como demandante, D. Jacinto Lobo Aranda, mayor de edad, célibe, cura párroco de esta villa y vecino de la misma, y de la otra, como demandado, D. Mariano Nuño García, que lo es viudo, labrador y vecino de Riaguas de San Bartolomé, en nombre propio y en el de sus hijos menores de edad, como herederos de María de Diego, esposa del demandado y madre de los menores, sobre reclamación de 24 pesetas 88 céntimos, importe de la tercera parte del aniversario que a la iglesia de esta villa venía satisfaciendo el padre de la finada María, D. Andrés de Diego y resultando:

.....................................................................

1.º—Considerando: Que las cuestiones debatidas en este litigio son dos, una referente a la representación del demandado por sus hijos menores de edad como herederos

Universidad Pontificia de Salamanca

de la esposa de aquél y madre de éstos María de Diego; y otra a si por el mismo concepto y causa-habientes de Andrés de Diego, estaban obligados al pago de la parte y porción correspondiente al aniversario que dicho D. Andrés de Diego, venía satisfaciendo a la iglesia parroquial de esta villa, ascendente a sesenta y cuatro pesetas sesenta y cuatro céntimos, suma repartida entre sus tres únicos herederos, Angela, Sinforosa y María de Diego, la última esposa del demandado y las otras de Crisanto Asenjo y Constantino Bermúdez respectivamente; siendo reconocido el primero de los extremos por el demandado con ese carácter, no lo ha impugnado y se ha hecho parte en autos, procediendo por ello aplicarse por analogía lo que dispone el art. 549 de la Ley de Enjuiciamiento Civil. El segundo extremo también aparece probado por las declaraciones de los otros dos testigos que han declarado partícipes en la obligación al pago proporcional de aquella cantidad que el padre de sus respectivas esposas tenía contraído con la iglesia de esta villa, por lo cual, y a tenor del art. 661 del Código civil, y probada la obligación que venía cumpliendo el Sr. de Diego y posteriormente de tres de sus herederos dos de ellos; está obligado el otro a la misma obligación, en cuyo caso se encuentra el hoy demandado Sr. Nuño, por la representación que ostenta de sus hijos menores. 2.° Considerando: Que apreciada en conjunto y con sujeción a las reglas de sana crítica la prueba evacuada; resulta plenamente probado de que como hederos sucesores de su abuelo Andrés de Diego, tienen obligación de pagar la tercera parte del aniversario que éste Sr. de Diego reconoció y así lo han corroborado hasta el día los demás compartícipes herederos, al solventar cada cual lo a él correspondiente y ascendiente a 24 pesetas 88 céntimos como así resulta de las declaraciones. 3.° Considerando: Que en esta litis no es procedente resolver el reconocimiento ni procedencia de la carga o aniversario, puesto que no ha sido objeto de demanda, como intenta el demandado en su exposición, pues sólo versa la reclamación sobre el cumplimiento de una obligación puramente personal: quedando por tanto expedita la vía civil correspodiente para que las partes contendientes puedan hacer uso de este derecho, si les conviene, en la acción que corresponda. 4.° Considerando: Que no procede estimarse la excepción dilatoria de falta de personalidad del actor, alegada por su contrario, puesto que según el documento

Universidad Pontificia de Salamanca

que corre unido a autos, tiene autorización de su superior jerárquico, para comparecer en esta clase de asuntos ante el tribunal civil. 5.º Considerando: Que no es de apreciar temeridad en ninguna de las partes contendientes y por ello no procede hacer expresa condenación de costas

Visto lo actuado y artículos al presente caso aplicables de las disposiciones vigentes; el Tribunal municipal, de unánime conformidad, falla: que declarando como declara con personalidad al actor D. Jacinto Lobo y Aranda, para comparecer en juicio, debe condenar y condena al demandado don Mariano Nuño García, a que por la representación que ostenta y una vez que esta sentencia adquiera el carácter de firme, satisfaga al actor Sr. Lobo Aranda, la cantidad de 24 pesetas 88 céntimos por el concepto que se le reclama sin hacer expresa condenación de costas...

Interpuesto recurso de apelación por el demandado, el digno Sr. Juez de Instrucción de 1.ª Instancia del partido, D. Angel Gómez Alarcón, por sentencia de fecha 23 de junio, la confirma.

Aceptando los Resultandos y Considerandos de la sentencia apelada y vistas las disposiciones legales aplicables, fallo: que confirmando la sentencia apelada, debo condenar y condeno a D. Mariano Nuño García, a que pague a don Jacinto Lobo Aranda, la cantidad de 24 pesetas 88 céntimos que le reclama, y al pago de las *costas del juicio de ambas instancias*.

Es copia expedida a instancia del actor.

Aldealengua de Santa María, 7 de julio de 1922. Entre líneas—signo—vale.—El Secretario, *Timoteo Martín*.

# SENTIDO LLAMAMIENTO

Lo dirige a los católicos del extranjero el Emmo. señor Cardenal Arzobispo de Colonia:

«De día en día—dice—crece el hambre horrible que aflige a mis diocesanos del Rhin y del Ruhr. La falta de trabajo y el desorden han paralizado por completo la vida económica, y la miseria de la población; que se cuenta por millares de personas, aumenta por momentos... Una revolución sangrienta, con sus estragos, amenaza diezmar un pue-

Universidad Pontificia de Salamanca

blo entregado a la desesperación. ¿Pensarán venir en socorro de tantos hombres debilitados y enfermos, de tantas madres y de tantos niños que mueren de hambre y de frío?

Este llamamiento es ajeno por completo a toda política. La íntima convicción de mi deber de Obispo y de padre de mis ovejas, me impele a tentar hasta lo imposible en estos tiempos de sufrimientos indecibles. Va en ello, sin exageración ninguna, la vida de millares de hombres. Ved por qué os conjuro a vosotros, católicos del extranjero, en nombre de nuestro Salvador crucificado, a que imitéis a S. S. el Papa. Venid en socorro de la provincia católica de Rhenania, y apresuraos a auxiliarnos antes de que sea ya tarde.

Enviad, sobre todo, víveres, vestidos y carbón. Los envíos pueden consignarse a «Katholischer Karitas verband für die Erzdiöçese. *Köln*,,, o bien a «Katholisches Karitassekretariat» de los pueblos siguientes: Aachen, Barmen, Bonn, Crefeld, Düren, Düsseldorf, Elberfeld, Essem, Köln, M. Gladbach, Mülheim Ruhr, Oberhausen, Opladen, Solingen, Steele, Uerdingen, Viersen, Werden Ruhr.

Grande ha sido vuestra caridad en los años pasados y, por ella, tenemos grande deuda de gratitud. Pero en nombre de Jesucristo, no nos abandonéis en esta hora de extrema miseria, *sed misericordiosos como vuestro Padre es misericordioso* (Luc. VI, 36). Köln (Colonia), 27 Octubre 1923.—El Arzobispo, Carlos José, Cardenal-Schulte».

# Templo votivo internacional al corazón de María

## EN ROMA

Por especial encargo del Sumo Pontífice Benedicto XV, ratificado por Pío XI con un donativo de cien mil liras, los beneméritos misioneros Hijos del Inmaculado Corazón de María fundados por el venerable P. Claret proyectan levantar en Roma un grandioso templo que será fecundo centro de vida cristiana para uno de los barrios más necesitados y de actividad misionera cosmopolita.

La cúpula central proyectada será mayor que la de San Pablo de Londres y más atrevida que la de Santa María del Fiore, de Florencia.

Universidad Pontificia de Salamanca

Será, además, honra de España el que sus misioneros levanten un monumento que será orgullo de la Ciudad Eterna.

Se considerarán como *fundadores* quienes contribuyan con 50.000 liras; protectores, quienes den 25.000; bienhechores insignes, los de 5.000, y cooperadores los demás donantes.

Limosnas: a la Secretaría de Estado de S. S.; al Comité, vía Giulia, 131, Roma (XVI); a las casas de los HH. del Corazón de María, o a las curias diocesanas.

## BIBLIOGRAFIA

ESTUDIOS ECLESIÁSTICOS: *Revista trimestral de los PP. de la Compañía de Jesús.*

El 15 de Enero de este año de 1924, hace dos que comenzó a publicarse en Madrid una revista trimestral, redactada por PP. de la Compañía de Jesús, con el título que encabeza estas líneas. Su fin, como lo indica el título, es tratar exclusivamente de las ciencias eclesiásticas. En ella tienen cabida estudios e investigaciones sobre Sagrada Escritura, Patrología, Teología especulativa y positiva, Moral y Derecho Canónico, Historia eclesiástica y Filosofía, Literatura eclesiástica, en fin, en su más amplia acepción. Se procura recoger también en sendos Boletines los descubrimientos y trabajos especiales que los escritores nacionales y extranjeros den a luz, a fin de informar a sus lectores de la marcha de los estudios eclesiásticos. En una sección dedicada a Notas y Textos se publican noticias sobre códices y variantes desconocidas, documentos y tratados inéditos y olvidados, etc. Finalmente, lleva cada número alguna reseña bibliográfica sólo de obras selectas e importantes.

Consta cada número de 112 páginas y forma al año un tomo de 448 con su índice.

Precios de la suscripción, pago anticipado: Un año, en España 7 pesetas. En el extranjero 8 pesetas.

Para los suscriptores de *Razón y fe*: Un año, En España, 6 pesetas, y en el extrajero, 7, o sea: *Razón y fe* y *Estudios Eclesiásticos*, para los suscriptores de España, pesetas, 24, y 30 para los del extranjero.

Universidad Pontificia de Salamanca

Recomendamos encarecidamente al venerable Clero diocesano tan interesante revista.

---

## Teología popular

Explicación de la doctrina cristiana por el Pbro. D. Julio Bariego de la Puente, Coadjutor de la parroquia de Santiago de Valladolid.

Obra sumamente útil para los dedicados a la enseñanza catequística por la solidez de doctrina a la vez que por la sencillez y precisión de lenguaje.

El primer tomo que consta de 447 páginas en cuarto menor y en el que se explican las dos primeras partes de la doctrina cristiana, se halla de venta en todas las librerías de Valladolid, y en el domicilio del autor, Zúñiga, 29, que les remitirán por correo certificado, previo el recibo de su importe, 6 pesetas en rústica y 7 encuadernado.

## ANIVERSARIO

El día 22 de los corrientes se cumple el décimo aniversario de la muerte del venerado e inolvidable Prelado, Rmo. P. Valdés (q. d. D. g.)

Pedimos en caridad una oración por el alma del bondadoso Obispo.

## NECROLOGIA

Ha fallecido en esta ciudad, el presbítero don Joaquín Valls Domenech, Párroco jubilado de Fuenterroble de Salvatierra.

Pertenecía a la *Hermandad de Sufragios* y tenía acreditado el cumplimiento de las cargas, por lo que los señores socios aplicarán una misa y tres responsos por el alma del finado.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, a cargo de Manuel P. Criado.

Universidad Pontificia de Salamanca

Al Excmo. e Ilmo. Señor

# Dr. D. Julián de Diego y García Alcolea

Dignísimo obispo de Salamanca

Preconizado Patriarca de las Indias

## En su Fiesta Onomástica

16 de Febrero de 1924

en testimonio de afectuosa felicitación

respeto y adhesión filial

La Redacción.

Universidad Pontificia de Salamanca